Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26469
Copyright: Admont, Benediktinerstift



& eius discipulus esse mereretur. Cumque die altero iter a
geret paulus, cecus quidam oculorum luce priuatus pau
li se postulat uirtute sanari. Mox quo sanctus apostolus domini
& magistri sui ihesu imitator effectus, crucem eius diu
clausis oculis imposuit dicens: xpc uidelicet dominus &
magister noster qui oculis lutum posuit ceci nati. & lu
men ilico accipere meruit, ipse tuis oculis potentia
sua lumen restituit. Mirum inmodum. & lucem accipere
meruit sine lumine natus. Et his eum uerbis statim ador
sus est dicens. Vade ad dionisium. & dic ei, quia paulus
seruus ihesu xpi ad te me misit, ut sponsionis tue me
mor ad eum uenire non pigriteris. & baptismum salutis
accipiens ab omnibus absolui possis nexibus delictorum.
Mox is qui lumen receperat obedientie pede uerba iuben
tis impleuit, & ad dionisium properans. pauli ei uerba
per ordinem narrauit. Sed electus iam domini dionisius ut cecum re
spexit firmis luminibus palpitantem, his eum uerbis allocu
tus est dicens. Tu ne es ille, quem cecum natum cuncti cog
nouerunt ad fines. Cui ille respondit. Ego nempe sum
cecus natus. cui usque nunc lux [illegible] uite est negata presen